II. FILIORUM ERGA PARENTES OFFICIA. 1° *Parentes sunt a filiis honorandi*, IV, 284, 1 : *Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus : memor enim esse debes, quæ et quanta periculo passa sit propter te in utero suo.* Gnomæ de honorandis parentibus, IX, 119, 2 : *Gloria enim hominis ex honore patris sui : et dedecus filii, pater sine honore. Fili, suscipe senectam patris tui, et non contristes illum in vita illius.* Variis de causis honorandi sunt a filiis, duodecim enumerantur et evolvuntur, IX, 112, 1, 2 et seqq.; 115, 1, 2 et seqq. Sunt parentes filiis dii quidam terrestres, V, 465, 2; IX, 115, 1 : *Judicium patris audite filii, et sic facite ut salvi sitis; Deus enim honoravit patrem in filiis.* Sunt quasi domestica numina et oracula, VI, 38, 2 : *Qui affligit patrem, et fugat matrem, ignominiosus est et infelix.* Sunt instar Creatoris Dei ejusque vices gerunt in terra, 448, 1 : *Oculum, qui subsannat patrem, et qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corvi de torrentibus, et comedant eum filii aquilæ.* Sunt quasi Dei vicarii, 479, 2. In ipsis Deus repræsentatur, IX, 117, 2 : *Qui timet Dominum, honorat parentes; et quasi dominis serviet his qui se genuerunt.* Eos qui colit, colit Deum, V, 465, 2. Sunt item parentes animæ prolium saltem mediate, IX, 246, 2 : *Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses, et retribue illis, quomodo et illi tibi.* Sunt reges familiarum suarum, V, 527, 2 : *Corona senum filii filiorum : et gloria filiorum, patres eorum.* Parentum contemptus vocatur blasphemia, IX, 121, 2 : *Quam malæ famæ est qui derelinquit patrem! et est maledictus a Deo qui exasperat matrem!* Iis maledicentes pessima generatio sunt, VI, 438, 1. Eos torve aspicere, et despicere est grande nefas, 447, 2. Qui parentibus immorigeri sunt, in prolibus infelices sunt, XVIII, 670, 1 : *Honora patrem tuum, et matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione : ut bene sit tibi, et sis longævus super terram.* Parentum in filios maledictio, quam sit efficax, I, 281, 2 et seq. Eorum preces adversus liberos plerumque Deus exaudit, IX, 119, 1 : *Benedictio patris firmat domos filiorum; maledictio autem matris eradicat fundamenta.* Filius eos affligens, opprobrio dignus est, VI, 38, 1, 2. Eorum afflictio et infelicitatis præsagium, *ibid.*, 2. Eorum decus et dedecus est decus et dedecus filiorum, *ibid.* Eos honorantibus novem bona promissa, I, 162, 1. Eos honorantes a Deo benedicuntur et ab ipsis, IX, 118, 1 : *In opere et sermone, et in omni patientia honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio a Deo.* Parentum ultima verba sunt efficacia magisque hærere debent in memoria filiorum, XVII, 368, 1. Pietatis in eos exhibitæ insigne exemplum, II, 418, 1.

2° *Parentes quomodo honorandi sunt.* Id docetur exemplis, II, 418, 1. Quadruplex iis honor debitus, II, 418, 1 : *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut longo vivas tempore;* XVIII, 669, 1. Parentum suorum meminerint ii qui ad altiorem gradum evehuntur, IX, 602, 2 : *Memento patris et matris tuæ, in medio enim magnatorum consistis.* Alioquin vindicem Deum sentient, 603, 1 : *Ne forte obliviscatur te Deus in conspectu illorum, et assiduitate tua infatuatus, improperium patiaris, et maluisses non nasci, et diem nativitatis tuæ male*

*dicas*. Sunt amandi proxime post Deum, 247, 2. Affectus nimius erga parentes viris religiosis nocet, XV, 233, 1. *Alius autem de discipulis ejus ait illi : Domine, permitte me primum ire, et sepelire patrem meum. Jesus autem ait illi : Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suos.*

Parentibus filii obediant, XVI, 84, 2 : *Et descendit cum eis* (Jesus), *et venit Nazareth; et erat subditus illis.*

Filii parentum curam habeant, XVI, 616, 2. Iis victum subtrahens particeps est homicidæ, quo sensu, VI, 384, 2 et seq. : *Qui subtrahit aliquid a patre et a matre, et dicit hoc non esse peccatum, particeps est homicidæ.* Illicite quid parentibus subtrahitur ut templo detur, 384, 2. Parentes extrema laborantes inopia qui deserunt religionis prætextu, ædificant Sion in sanguinibus, XIV, 93, 1 (*Vide* Filii, ubi tum filiorum erga parentes, tum parentum erga filios officia et munera exponuntur).

PARCIMONIA. Parcimonia abundantiam parit, VI, 114, 2.

PARIES. 1° Parietes duo fabricæ invicem oppositi physice censentur paralleli, mathematice non sunt, XIV, 369, 1. Parietibus templi insculptæ erant Cherubinorum et palmarum effigies alternis, XII, 812 1.

2° Paries Verbi incarnati est humanitas, VII, 575, 1. *Paries dealbatus* paræmia quid significet, XVII, 394, 1.

PARISIENSIS. Parisiensis urbis magnitudo, XIV, 49, 1. Parisiensis quidam regius adulator, quomodo de adulatione pœnituerit, XII, 595, 2.

PARITAS. In paritate animorum amicitiæ perfectio est sita. XIX, 38, 2.

PARIUS. Parius est marmor candidum ex insula Paro, IV, 462, 2.

PARMENAS. Parmenas diaconus fuit vir sanctus, XVII, 165, 1.

PAROCHIA. Parochiæ unde ortæ et distinctæ, XVII, 108, 2. Parochiæ studiosus Thomas Morus, III, 460, 2. Parochia est velut mulier bona et fortis, X, 2, 1.

PAROCHUS. Parochus quis proprie, XVII, 86, 2; XX, 264, 1. Parochi boni munia, XVI, 472, 2 et seqq. Parochis administratio Sacramentorum incumbit, XVIII, 252, 2 et seq. Suos catechismum docere debent, 576, 1.

PARŒCI. Parœci a parochis qui differant, XX, 264, 1.

PARŒMIA. Parœmia quid proprie sint, V, 6, 1; 15, 2 et seq. Sæpe ea vox cum parabola et proverbio confunditur 15, 1, 2. Ejus definitio, 18, 1. Eæ solebant in viis et plateis decantari, 44, 2. Subinde contrarios habent sensus, VI, 280, 2. Parœmia duorum simul cubantium, quid denotet, VII, 179, 2 et seq.

PAROPSIDIS. Paropsides sunt disci quibus cibus in mensam infertur, XV, 493, 2.

PARRICIDÆ. PARRICIDUM. Parricidis vivis quatuor elementa adimuntur, VI, 381, 1. Parricidiorum aliquot exempla ob incestum Cleopatræ, IV 488, 2.

PARTHENIM. Parthenim quale nomen, IV, 361, 2.

PARTHENIUM. Pathenium herba non est eadem cum dictamo, V, 199, 1.

PARTHI. Parthi olim quomodo pueros ad laborem efformarent, XII, 579, 1. Ad Parthos an scripta fuerit prima S. Joannis epistola, cur, XX, 502, 1, 2.

PARTHOPERSÆ. Parthopersæ feminis conviviis et virorum aspectum interdicunt, IV, 365, 1.

PARTIARII. Partiariorum quæ esset hæresis XIX, 289, 2.

PARTICEPS. Particeps sceleris ei cooperatur et scelestus est. VI, 411, 2 (*Vide* Scelus).

PARTICIPABILIS. Dei essentia participabilis est ad extra, X, 424, 1, 2 (*Vide* Deus).

PARTICULA. 1° *Particula grammatice sumpta.* Particulæ adverbiales et conjunctivæ in S. Joanne valde sunt expendendæ, XVI, 290, 1. Particulæ exclusivæ additæ uni personæ divinæ in attributis essentialibus, non vero notionalia, non excludunt cæteras duas, sed tantum creaturas, seu id quod est alterius essentiæ, XV, 294, 1; XVIII, 263, 2; XIX, 264, 2.

2° *Particula pro minori parte accepta.* Particula boni doni quæ dicatur, IX, 420, 2.

PARTURIENS. 1° Parturientium dolor, XVI, 583, 1. Parturientes varias patiuntur imaginationes vanas, X, 194, 1.

2° Parturiens symbolum est stulti auditum effundere gestientis, IX, 534, 1. Parturientis dolores quando et quomodo peccatori accidant, XIII, 460, 2.

PARTUS. 1° Partus cervarum difficilis est, V, 147, 1.

2° Partus virgineus deprædicatur, XII, 229, 1. Partus beatæ Virginis fuit purissimus, sine sorde et fluxu sanguinis, II, 74, 1; XVI, 69, 2. Partus Deiparæ matris fuit nobilissimus, cœloque et terræ optatissimus, XIV, 119, 2 (*Vide* Maria). Partui Elisabeth cognatæ ipsa Virgo affuit, XVI, 43, 1 et seqq.

3° Partus animarum difficillimus, XXI, 239, 2.

PARS. 1° Pars quinque significat : *primo*, portionem totius, totum enim dividitur in partes; *secundo*, sortem cuique obvenientem; *tertio*, hæreditatem sive portionem hæreditatis; *quarto*, fructum, mercedem cuique ex labore vel ex opere provenientem. VII, 109, 1. *Pars* vox quadrifariam accipitur, IX, 483, 2.

2° Partes vitales quatuor sunt in homine, quibus maxime vita constat et conservatur : scilicet cor, cerebrum, hepar, et pulmo, XII, 753, 1. Pars inferior in homine superiori subdita sit, *Job*, 490, 1; 726, 2.

Partes primariæ Ecclesiastes, quæ, VII, 6, 1.



Partem pretii agri venditi Ananiæ an S. Petrus acceptarit, XVII, 145, 2. Partem diei festi quid vocet Apostolus, XIX, 91, 2. Pars templi prior dicebatur basilica, aula et Sanctum, XII, 805, 1, 2.

3° Pars in Scriptura vocatur sors cujusque, IX, 492, 1.

4° Partes hæreditatis alicui debitæ privatim non sunt in proprios usus convertendæ, X, 361, 2.

Pars Dei est Israel, IX, 483, 2. Pars sanctorum quomodo sit Deus, XII, 391, 1, 2. Pars impii est venter, pii Deus, XII, 93, 2. Quam partem Petrum non habiturum nisi lavari sibi pedes sineret, Dominus insinuaret, XVI, 526, 1.

PARVITAS. Parvitas nihil perfectioni animæ demit, IX, 332, 1, 2; 334, 2 (*Vide* Parvus).

PARVULI. 1° *Quinam per parvulos intelligat Scriptura.* Per parvulum Hebræis intelligitur, simplex, imperitus, docilis, VI, 106, 2. Parvuli in Scriptura vel simplices, vel ignorantes, vel humiles intelliguntur, *Psalm.* II, 328, 1. Parvuli dicuntur aliquando amici hujus sæculi, *Psalm.* I, 107, 1. Parvuli sensu plurimi sunt, V, 205, 2. Parvuli gregis qui dicantur, XII, 312, 1.

2° *Parvuli ex Adamo peccatum originale contrahunt, et in eo nascuntur;* X, 325, 1 : *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, et jugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ, in matrem omnium;* XVIII, 98, 1 : *Propterea, sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt;* 101, 1 : *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ;* XIX, 415, 1. Parvuli sunt baptizandi contra Anabaptistas, XV, 718, 2. Parvuli in baptismo non eliciunt actum fidei, ut volunt Lutherani, XIV, 61, 1 : *Ego non parcam Ninive civitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram et sinistram suam.* Quomodo dici possint credere, XV, 718, 2 : *Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.* Parvuli baptizati sine operibus salvantur, XX, 125, 2. Parvuli in peccato originali mortui ubi et qualiter vivent, 490, 2. In peccato originali mortui nec damnandi, nec beandi, XVII, 242, 1 Pœnam sensus non patientur, sed tantum damni, XX, 490, 2 et seq. Parvuli sine baptismo mortui quomodo dicantur mitti in stagnum ignis, XXI, 361, 1 : *Et qui non inventus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* Parvuli quoque in judicio apparebuntur, et quare, XV, 534, 1 : *Et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hædis,* XXI, 358, 2 : *Et vidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt;* 360, 1. Parvuli quare ob parentum peccata subinde puniantur, XII, 635, 1.

3° *Parvulos Christus amat, et eos vult in honore haberi.* Parvulos Christus amat, cur, XV, 425, 1 : *Tunc oblati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, et oraret. Discipuli autem increpabant eos, Jesus vero ait eis : Sinite parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire, talium est enim regnum cœlorum.* Cur eis Jesus manus imposuerit, XV, 426, 1; XIX, 233, 2 et seq. Parvuli curantur ab angelis, 403, 2 : *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis : dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est.* Non sunt scandalizandi, pro quibus Christus se adeo dejecit, 404, 2. Parvuli et sugentes etiam vagitu suo Deum ad misericordiam flectunt, XIII, 499, 2. Parvulorum possessiones non sunt occupandæ, VI, 190, 1 : *Ne attingas parvulorum terminos, et agrum pupillorum ne introeas : propinquus enim illorum fortis est, et ipse judicabit contra te causam illorum.* Parvulos allidi ad saxa summæ crudelitatis est et miseriæ argumentum, XIV, 193, 2. Parvulos cur nos esse jubeat Christus, XV, 399, 1 : *Et advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, et dixit : Amen dico vobis, nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.*

PARVUS. 1° Parvi præ magnis pollent ingenio, spiritu, virtute, VI, 460, 1; 461, 1. Tales recensentur, 461, 1. Parvi sunt acres, magnanimi, ingeniosi, IX, 331, 1; XVI, 247, 1. Parvi cur sint acutiores, XIV, 3, 1, 2. Non sunt contemnendi, VI, 460, 1; IX, 185, 2; 186, 1, 2; 331, 2.

Parvi dies qui dicantur in Scriptura, XIII, 301, 1; XIV, 403, 2 et seqq.

2° Parva plus habent vigoris quam magna, XIV, 3, 1, 2. Parva non parvam gloriam includunt et artem, XIII, 218, 1, 2. Magnam habent industriam, *ibid.*

3° Parva Deus ad celsa evehere satagit, XIV, 404, 1, 2. Parva eligit Deus, ut faciat magna, XVII, 74, 1. A parvis ad magna ascendendum, VI, 260, 1.

4° Parva non sunt negligenda, IX, 365, 1, 2 : *A scintilla una augetur ignis, et ab uno doloso augetur sanguis; homo vero peccator sanguini insidiatur.* Parva multa iterata faciunt quid magnum, 524, 2 : *Qui spernit modica, paulatim decidet.* Disponunt ad magna, 525, 1. Parva non sunt parvifacienda, sive in bonis, sive in malis, *Job*, 206, 2. Parva mandata non contemnenda, III, 625, 1, 2 : *Et ego propheta sum similis tui, et angelus locutus est mihi in sermone Domini dicens : Reduc eum tecum in domum tuam, ut comedat panem et bibat aquam. Fefellit eum, et reduxit secum : comedit ergo panem in domo ejus, et bibit aquam.* Parvus defectus magnam gratiam impedit, VIII, 111, 1 : *Surrexi, ut aperirem dilecto meo : manus meæ stillaverunt myrrham, et digiti mei pleni myrrha probatissima. Pessulum ostii mei aperui dilecto meo : at ille declinaverat, atque transierat.*

*Anima mea liquefacta est, ut locutus est : quæsivi, et non inveni illum : vocavi, et non respondit mihi.*

PASCERE. 1° *Pascor* verbum commune est, hinc tam accusativum quam ablativum regit, XIII, 445, 1. Pascere in Scriptura significat etiam *regere*, XVI, 645, 1, 2; XX, 377, 2. Pascit omnes Deus malos æque ac bonos, VI, 309, 2.

2° Pascere et pasci idem est Christo, VII, 597, 2. Pascit quemque pro suo statu Christus, *ibid.* Pascere tres greges spiritualiter debemus, I, 450, 1.

3° Pascere ventos quid sit, V, 277, 1. Pasci a vento est vana moliri, XII, 177, 1.

PASCHA. 1° *Pascha Judæorum. Pascha* quid sit, unde dicatur, qualis sit vox, et quid significet, I, 533, 1; XVIII, 288, 1, 2; XIX, 485, 1. Pascha sive phase non derivatur a Græce πάσχειν, XV, 543, 1. Quid pascha vox ad litteram significet, I, 533, 1, 2. Triplex paschalis transitus, *ibid.* Pascha tria significat, XV, 549, 1. Pascha erat Judæis festum gaudii, XV, 544, 1 ; XVI, 501, 1. Erat festum celeberrimum, XVI, 112, 1, 2; 371, 1. Qua occasione Pascha institutum sit et quid significet, XVI, 521, 2. Pascha singulis annis a Judæis celebratum quid significet, I, 533, 2. In nocte paschatis idola Ægypti contrita fuerunt, 534, 1. Quo mense Judæi Pascha celebrarent, XIV, 317, 1. Pascha in plenilunio mensis Nisan celebrabatur, XV, 549, 1. Pascha per sextiduum durabat, XVI, 81, 2. Multi ad hoc rite celebrandum prius Jerusalem veniebant, ut sacrificiis præviis sese ad hoc præpararent, XVI, 501, 1, 2.

Quatuor Paschata Christus tempore suæ prædicationis habuit, XVI, 371, 2. Pascha ultimum vitæ Christi tunc in feriam quintam incidebat, 503, 1 ; 521, 1. Dies Paschæ et Passionis inchoatus erat, cum verba consecrationis Christus pronuntiavit, XVIII, 375, 1. Cur in Paschate Christum capere et occidere principes noluerint, XV, 544, 1. Tamen in eo est occisus, 596, 2.

2° *Pascha Christianorum.* Pascha Christianum et Judaicum differunt quoad diem celebrandi, XVII, 76, 2 et seq. Ejus celebratio translata in Dominicam per Apostolos, II, 153, 1. Pascha quare Christiani die Dominica celebrent, I, 527, 2. Quo tempore sit celebrandum Deus multis miraculis confirmavit, II, 148, 2 et seqq. Quam sit celebre festum apud Christianos, 148, 2. Magnis privilegiis id festum ab imperatoribus dotatum, 149, 1. In Paschate cur stando oremus, XV, 183, 2; XVII, 376, 2. In Paschate plerumque *alleluia* cantatur, XXI, 333, 2.

PASCHALIS. 1° *Paschalis agnus, vide* AGNUS PASCHALIS.

2° Paschales victimæ vocantur etiam Pascha, XVI, 608, 2. Paschalis noctis elogia, VIII, 626, 2.

PASCHALIS VIVAS. Paschalis Vivas, Missam audiens, visus est in prælio fortiter pugnare et hostes configere, I, 706, 2 ; XVII, 269, 1.

PASCHASIUS (S.). S. Paschasii Boetii Societatis Jesu simplicitas, XVII, 109, 2 et seq.

PASCHASIUS Cardinalis. Paschasius an fuerit causa schismatis inter Symmachum Papam et Laurentium Antipapam, XXI, 208, 1, 2. Et cur post mortem ejus anima visa sit torqueri in thermis Puteolanis, *ibid.*

PASCHASIUS RADBERTUS. Paschasius Radbertus optime in *Threnos* scripsit XII, 350, 1. Vetuit se post mortem laudari, X, 427, 1.

PASCUUM. *Pascuum* et substantivum est, et adjectivum : vox *pascua*, subaudiendo terra, in substantivum transiit, XIII, 490, 1. Pascua est nomen femininum numeri singularis, XIV, 184, 2. Pascua benedicuntur in die S. Stephani, XIX, 228, 2. Pascua Ecclesiæ cur deserta vocentur, XI, 160, 1, 2.

PASSER. Passer in Scriptura sæpe generatim pro qualibet ave sumitur, IV, 273, 2 ; VI, 296, 2. Mutat hieme locum frigidum in calidum, VI, 296, 2. Passeres Deo curæ sunt, XV, 274, 1. Passeres mares annuam vitam explere non existimantur, XII, 616, 2.

PASSIO. I. PASSIO PRO CORPORIS PASSIONE, SEU ACTU PATIENDI SUMPTA.

1° *Passio Christi, vide* JESUS CHRISTUS, cap. VI.

2° *Passio ab homine tolerata.* Primo. I. *Passionem sufferre christianum est, gloriosum et summopere utile.* Passio an a tentatione distinguatur, XIX, 377, 2 : *In eo enim, in quo passus est ipse et tentatus, potens est et eis qui tentantur auxiliari.* Passiones multæ homini excipiendæ sunt, XVI, 315, 2. Pati christianum est, 283, 1 : *Labora sicut bonus miles Christi Jesu.* Pati pro Christo duplici de causa dicitur donum Dei, 18, 1 : *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini.* Plus es quam suscitare mortuos, est item donum Dei, *ibid.* Pati dura et fortiora perfectius est quam agere, XV, 150, 1 : *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Per passionem honoratur Deus magis quam per actionem, XVII, 410, 1, 2. Pati propter justitiam quid sit, *ibid.* Idque beatum est, XV, 150, 2; XX, 48, 1 : *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Pati pro Christo summa beatitudo est, XV, 152, 2 : *Beati cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Pati pro Christo insignis est consolatio, 268, 1, 2 : *Et in synagogis suis flagellabunt vos; et ad præsides et ad reges ducemini propter me, in testimonium illis et gentibus.* Pati pro Christo gloriosum est et nobile, XX, 365, 2 et seq. : *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ et virtutis Dei, et qui est ejus Spiritus, super vos requiescit;* XXI,



179, 2. Pati gaudent pro Deo sancti, XX, 17, 2. Pati satius est hic quam in futuro, XIV, 264, 2 : *Ingrediatur putredo in ossibus meis, et subter me scateat. Ut requiescam in die tribulationis, ut ascendam ad populum accinctum nostrum.* Patiens injuste non conqueratur, ne meritum patientiæ amittat, XX, 332, 2 : *Melius est enim benefacientes (si voluntas Dei velit) pati, quam male facientes.* Passiones sunt optimæ doctrinæ et disciplinæ, XIX, 396, 2 : *Et quidem, cum esset Filius Dei, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam.* Sanctis cooperantur in bonum, XVIII, 143, 1: *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt, sancti.* Eas præscivit Deus ab æterno, 146, 2 : *Quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* In omni passione habemus opem Spiritus sancti, 140, 2 : *Similiter et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.* Semper iis majores sunt consolationes divinæ, 421, 2. *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra.* Passio nostra quam modica sit, XX, 18, 1; 398, 1 : *Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit solidabitque.* Eam Deus dulcorat, 18, 1. Passio et patientia non sunt in cœlo, sed in terra, hinc per eas homo fit angelis major, 19, 2.

3° *Passionum et tribulationum merces.* Passionis comes est gloria, III, 382, 2. Passione emitur cœlum, XVII, 294, 1, 2 : *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Quam proportionem passiones cum æterna gloria habeant, 137, 2 : *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* Quatenus humanæ sunt, non sunt condignæ ad futuram gloriam, sed quatenus Christi meritis innixæ, 137, 1. Quam sint ambiendæ, XIX, 371, 2.

II. PASSIO PRO ANIMI AFFECTIONE ACCEPTA. — 1° *Passionum sedes et natura.* Passionum sedes, XVIII, 178, 1, 2 : *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem;* Job, 181, 2. Passiones sunt non solum in animo, sed et in corpore, V, 548, 1 : *Animus gaudens ætatem floridam facit : spiritus tristis exsiccat ossa.* Passiones corporales in corde similes passiones in voluntate excitant, XII, 753, 1, 2 : *Et dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri; et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum.* Eas indicant vultus, nasus, oculi, frons, IX, 542, 1 : *Amictus corporis, et risus dentium, et ingressus hominis enuntiant de illo.* Passio animi per sympathiam in corpus redundat, IV, 277, 1, 2. Passiones cognatæ et sociæ sunt ira et tristitia, VII, 219, 2 : *Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris et in curis multis, et in ærumna atque tristitia.* Iis aguntur mulieres, IX, 689, 1. Eas in sapientem non cadere docebant stoici, X, 327, 2 : *Furor, zelus, tumultus, fluctuatio et timor mortis, iracundia perseverans, et contentio, et in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam ejus.* Quid eas irritet, XVIII, 644, 2.

2° *Quibus rebus passiones assimilantur et repræsentantur.* Passiones equo repræsentantur, VI, 131, 1, 2. Mari adaptantur, XII, 376, 1. Passiones sunt velut turbines et tempestates, XIV, 161, 1, 2. Sunt velut quadriga, 189, 1. Per quatuor cornua repræsentantur, 369, 2. Passiones quatuor animi, gaudium, tristitia, spes et metus quatuor plagis Joelis repræsentantur, XIII, 484, 1. Passiones quatuor hominis an per Cherubicum currum designentur, XII, 438, 1.

3° *Passionum effectus.* Passiones mire animum perturbant, X, 327, 1, 2 et seq. Passiones continuo jactant animam hominis, maxime peccatoris, et dementant, XIII, 434, 1, 2. Illis obsequentes imbelles sicut mulieres sunt, XIV, 194, 1 : *Ecce populus tuus mulieres in medio tui.* Si passiones invalescunt, corpus etiam exedunt, V, 435, 2 : *Vita carnium, sanitas cordis; putredo ossium invidia.* Eæ peccatores magis cruciant quam pios, X, 329, 1: *Modicum tanquam nihil in requie, et ab eo in somnis quasi in die respectus conturbatus est in visu cordis sui, tanquam qui evaserit in die belli. In tempore salutis suæ exurrexit, et admirans ad nullum timorem, cum omni carne ab homine usque ad pecus, et super peccatores septuplum.* Iis acti non bene dominantur, VI, 457, 2 : *Per tria movetur terra, et quartum non potest sustinere, per servum cum regnaverit.* Iis serviens non debet in principem vel prælatum eligi, II, 2 : *Non decent stultum deliciæ, nec servum dominari principibus.*

4° *Passiones edomandæ et mortificandæ.* Passiones homini edomandæ sunt, XIII, 484, 2; XV, 178, 2. Passiones animi moderandæ sunt, IX, 357, 2 et seq. Passionum seræ rumpendæ ei qui e carcere peccati egredi cupit, XIV, 88, 1 : *Ascendet enim pandens iter ante eos : divident et transibunt portam, et ingredientur per eam, et transibit rex eorum coram eis, et Dominus in capite eorum.* Passionum sedatio necessaria est oranti, *Job* 273, 1 : *Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris a te, et non manserit in tabernaculo tuo injustitia, tunc levare poteris faciem tuam absque macula, et eris stabilis, et non timebis.*

Passiones mortificandæ ei qui exterius vult esse modestus, XX, 324, 1. Passione cohibere difficile, *Job*, 376, 1. Eas domare heroicum est, V, 515, 1, 2 : *Melior est vir patiens viro forti : et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium,* 517, 1. Eæ domitæ sunt honore animæ, IX, 324, 2 : *Peccantem in animam suam quis justificabit? et quis honorificabit exhonorantem animam suam?* Ea-

rum domitores Deo placent. in iisque Deus habitat, IX, 628, 2. Passionum domini Deo dominantur, 483, 2. Passiones edomitæ reddunt corpus sanum, V, 435, 2. Passiones animi consilio et patientia debellandæ, IV, 450, 2 : *Et possederunt omnem locum* (Romani) *consilio et patientia.* Omnes eas moderatur sapientia, V, 89, 1. Earum victoria ex sancta communione sequitur, VI, 178, 1 : *Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam, et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.*

PASSIVUS. Passivæ terminationis verba Siracides usurpat pro deponentibus quæ significatione activa sunt, X, 45, 1.

PASSUS. Passus major et minor quot contineant pedes, XV, 613, 1; XXI, 286, 1, 2. Passus centum viginti quinque faciunt stadium, XII, 855, 2.

PASTINARE. Pastinare proprie vitibus competit, XV, 708, 1.

PASTOPHORIA. Pastophoria quid sint, quid ea vox significet, XI, 340, 2; XII, 781, 2. Erant cubicula sacerdotum annexa templo, IV, 432, 2; XI, 340, 2; XII, 781, 2.

PASTOR. I. Pastores ovium. — Pastores ovium quid iis præstent, XVI, 469, 2; 470, 1. Solent ovibus nomina quædam imponere, *ibid.* Octo eorum munia, *ibid.* et seqq.; 472, 2.

Pastores ovium quare Ægyptii detestentur, I, 382, 2. Pastores turris Eder primi Christi ortum per angelum didicerunt, XIV, 100, 2 et seq. Pastoribus in quo loco apparuerint in nocte nativitatis, I, 331, 2. Cur pastores in Bethleem sint vocati per angelum, XV, 78, 1 (*Vide* Christi nativitas).

II. Pastores animarum. — 1° *Quantum eis onus incumbat.* Per pastores quos intelligat Paulus, XVIII, 630, 2 : *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores et Doctores ad consummationem sanctorum.* Pastores sunt episcopi, et proprie dicti pastores, qui in una parœcia vel diœcesi, cui præsunt et quam regunt, se continent, *ibid.* Pastores spirituales qui sint, XVI, 468, 2 : Pastores sunt patres spirituum, XIX, 500, 2 : *Deinde patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus, et reverebamur eos; non multo magis obtemperabimus Patri spirituum, et vivemus.* Eorum onus, X, 146, 1 : *Rectorem te posuerunt? Noli extolli : esto in illis quasi unus ex ipsis. Curam illorum habe, et sic conside, et omni cura tua explicita recumbe, ut læteris propter illos, et ornamentum gratiæ accipias coronam, et dignationem consequaris corrogationis.* Pastores spondent pro animabus fidelium, V, 153, 2; 154, 2 : *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus.* Subeunt damnationis periculum, dum pastoratum suscipientes se obligant ad curandam salutem subditorum, X, 76, 2 : *Gratiam fidejussoris ne obliviscaris : dedit enim pro te animam suam;* 79, 1 : *Recupera proximum secundum virtutem tuam, et attende tibi ne incidas.* Ab iis plus Deus exiget quam a subditis, XVI, 180, 1, 2 : *Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo.* A pastore requiritur quod ejus culpa periit, XVII, 370, 1 : *Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis.*

2° *Pastorum animarum quæ sint dotes et officia generaliter sumpta.* Primo. Pastoris munera et virtutes pluribus describuntur, XII, 745, 1, 2 : *Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ, homines estis : et ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus.* Illius sex canones, *ibid.*, 2. Pastoris officia sunt decem : *primo*, gregem pascere; *secundo*, facere eum accubare; *tertio*, infirmum consolidare; *quarto*, ægrotum sanare; *quinto*, confractum alligare; *sexto*, abjectum et errans reducere; *septimo*, quod perierat quærere; *octavo*, leniter eis imperare; *nono*, pascere gregem in judicio; *decimo*, pingue et forte custodire, 743, 2 : *Ego pascam oves meas; et ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. Quod perierat requiram, et quod abjectum erat reducam, et quod confractum fuerat alligabo, et quod infirmum fuerat consolidabo, et quod pingue et forte custodiam : et pascam illas in judicio.* Ei tria sunt necessaria, bonitas, disciplina et scientia, 746, 2. Pastoris quatuor dotes, XIX, 296, 1, 2 : *Servum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati.* Pastoris et episcopi officia, 234, 1 : *Attende tibi et doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciens, et teipsum salvum facies, et eos qui audiunt,* 270, 1 Eorum munus, prædicatio et Sacramentorum administratio, XVIII, 252, 2. Duo officia veri pastoris, vigilantia et cura gregis, et eminentia virtutis, et vitæ sanctitas, XIV, 499, 1, 2. Pastoris veri idea, XVII, 370, 2 : *Attendite vobis, et universo gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.*

Secundo. *Pastor sit forma vitæ subditis suis*, XX, 383, 1, 2 : *Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum.... Neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.* Ejus est recta docere et sancte vivere, XVIII, 331, 1; 630, 2; XIX, 191, 1 : *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam.* Pastores debent verbis fulgurare, verbis tonare, XII, 488, 1 : *Et animalia ibant et revertebantur, in similitudinem fulguris.* Vita clarescant et moribus, XVI, 64, 1 : *Et pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis super gregem suum.*



*Et ecce angelus Domini stetit juxta illos, et claritas Dei circumfulsit illos;* 470, 1 : *Et cum proprias oves emiserit* (pastor) *ante eas vadit, et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus.* Pastor sanctitate suis antecellat, XIV, 499, 1. Pastores sint valide mortificationi corporis addicti, et insignia hac de re afferuntur exempla, II, 283, 1 et seqq. Eos decet vita austerior, VI, 65, 1 : *Tolle vestimentum ejus qui fidejussor extitit alieni, et pro extraneis, aufer pignus ab eo.* A pastoris vita pendet vita subditorum, XXI, 34, 2. Qualis pastor, talis populus, XV, 154, 1, 2 : *Vos estis sal terræ, quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus.* Pastores a noxiis fideles defendant, et iter in cœlum ostendant, XVI, 470, 1, 2. In quo magis se curat pastor, eo melius se habebit grex, XVII, 370, 2. Debent pastores ad se peccatores convertere, non vero converti ad illos, XII, 131, 1 : *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris; convertentur ipsi ad te, et tu non converteris ad eos.* Auctoritas pastoribus est concilianda, non pompa, sed vitæ sanctitate et laboribus, XVIII, 496, 1 : *Ministri Christi sunt (ut minus sapiens dico)? plus ego : in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.* Pastores quando subditis fiant rete, XIII, 352, 2 : *Audite hoc, sacerdotes..... quia vobis judicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, et rete expansum supra Thabor.*

Tertio. *Pastores fideles sibi commissos docere et pascere debent.* Pastores constituendi sunt aptissimi, XVI, 649, 2. Alacritate calceari debent in præparatione Evangelii, XVIII, 681, 2. Quomodo sibi commissos curare et pascere debeant, X, 145, 2; 148, 1. Triplici modo animas pascere debent, XVI, 647, 1 : *Dicit ei tertio* (Jesus) : *Simon Joannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio : Amas me? et dixit : Domine, tu omnia nosti; tu scis quia amo te. Dixit ei : Pasce oves meas;* XX, 378, 2 : *Pascite qui in vobis est gregem Dei.* Cogitent se oves pascere Christi, non suas, 378, 2. Pastor primo pungat, deinde ungat, XII, 243, 1 : *Ecce ego obducam eis cicatricem et sanitatem, et curabo eos : et revelabo illis deprecationem pacis et veritatis* (*Vide* Concionator).

Quarto. *Pastoris est vigilare*, IX, 663, 2 : *Speculatores ejus cæci omnes, nescierunt universi : canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, et amantes somnia.* Pastores evangelici vigilare debent super gregem suum, VI, 503, 1; XII, 244, 1; 735, 2 : *Speculatorem dedi te domui Israel, audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me*, XV, 327, 1 : *Simile est regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et superseminavit zizania in medio tritici;* XXI, 65, 1; 67, 1 : *Scio opera tua, quia nomen habes quod vivas, et mortuus es. Esto vigilans, et confirma cætera quæ moritura erant.* Pastor vigilet et sobrius sit, XIX, 212, 1 : *Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem*, etc. Huic vigiliæ nihil ita obest ac saturitas et ebrietas, XI, 663, 2; 664, 2 : *Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem : ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam : omnes in viam suam declinaverunt, unusquisque ad avaritiam suam, a summo usque ad novissimum. Venite, sumamus vinum, et impleamur ebrietate, et erit sicut hodie, sic cras, et multo amplius.* Pastor sit oculus et vigilans, XIV, 499, 1. Pastoris vestigia et oculus, id est cognitio et præsentia plurimum valent ad saginandas oves rationales, et fecundandum agrum Ecclesiæ, XII, 743, 1 : *Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ipse requiram oves meas, et visitabo eas.* Accurate oves suas inspiciat et lustret, XX, 379, 2. Diligenter curam earum habeat ipsasque inspiciat, VI, 356, 1. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera; non enim habebis jugiter potestatem, sed corona tribuetur in generationem et generationem.* Eorum vigilia triplex est, XII, 735, 2. Pastoris est gregem suum visitare, XII, 182, 2 : *Et suscitabo super eos pastores, et pascent eos : non formidabunt ultra, et non pavebunt : et nullus quæretur ex numero, dicit Dominus.* Ejus est obire domos subditorum suorum, XVII, 158, 1 : *Omni autem die non cessabant in templo et circa domos docentes et evangelizantes Christum Jesum;* 368, 1 : *Vos scitis...... quomodo nihil subtraxerim utilium, quominus annuntiarem vobis, et docerem vos publice et per domos.* Apud oves resideant, XII, 841, 2 : *Sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarii, qui accedunt ad ministerium Domini : et erit eis locus in domos et in sanctuarium sanctitatis*, XXI, 104, 1.

Quinto. *Pastores quantam animarum cujusque curam et sollicitudinem gerere debeant etiam periculo vitæ suæ*, XX, 498, 2. Sedulo curent salutem Ecclesiæ et animarum exemplo Christi et Nehemiæ, IV, 230, 1, 2. Maxime solliciti sint pro filiis spiritualibus, III, 522, 1 : *Tollens autem Respha filia Aia cilicium, substravit sibi supra petram, ab initio messis, donec stillaret aqua super eos* (filios) *de cœlo, et non dimisit aves lacerare eos per diem, neque bestias per noctem;* IX, 271, 2 : *Non spondeas super virtutem tuam; quod si spoponderis, quasi restituens cogita.* Prospiciant eorum saluti necessaria, VI, 357, 1. A pastore requiritur cura, non curatio ovium, XIX, 215, 1. Ejus lex est amor gregis, XII, 182, 2. Pastores sint amore præditi, VI, 108, 2. Ponant animas suas pro salute subditorum, 170, 2 : *Noli esse cum his qui defigunt manus suas, et qui vades se offerunt pro debitis : si enim non habes unde restituas, quid causæ est ut tollat operimentum de cubili suo?* Pastor bonus manet periclitantibus ovibus, et hy-

pocrita fugit, 136, 2 et seq. : *Callidus videt malum, et abscondit se : innocens pertransiit, et afflictus est damno.* Pastor bonus vitam suam pro ovibus exponit, XVI, 473, 2 : *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis*; 475, 1. Nec fugit veniente lupo, 474, 1 : *Mercenarius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit : et lupus rapit et dispergit oves.* Pastores quid acturi in perditione subditorum, 120, 1. Quam debeant esse misericordes, II, 49, 1. Pastor populi in obsessa urbe quomodo se pro populo gerat, XII, 382, 1, 2. Pastor bonus sit columna sustentans infirmos et murus æneus, XII, 21, 1, 2. *Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum æneum, super omnem terram, regibus Juda, principibus ejus, et populo terræ.*

Sexto. *Pastor placide et modeste suos regat*; XX, 380, 1 : *Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum : neque turpis lucri gratia, sed voluntarie; neque ut dominantes in icleris, sed forma facti gregis ex animo.* Non vi cogat, sed amore regat, idque ex Dei præcepto, 380, 1; 381, 1. Non imperiose Ecclesiam vexet, 381, 2. Clericis modeste imperet, 381, 2; 382, 1, 2. Sit modestus, 382, 2. Præsit ut pater, *ibid.* Gravitatem lenitate misceat, 383, 1, 2. Pastores ne extollantur nimis, nec nimis se dejiciant, X, 181, 2 : *In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dederis maculam in gloria tua.*

Septimo. *Pastor libenter subeat onus pascendi, non emolumenti causa*, XX, 379, 2. Ne lucro inhiet, 380, 2. A subditis necessaria accipiat, non sanguinem, VI, 359, 1 : *Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, et in necessaria domus tuæ, et ad victum ancillis tuis.* Accipiat sustentationem a populo, mercedem expectet a Deo, XIX, 247, 1 : *Dicit enim Scriptura : Non alligabis os bovi trituranti. Et : Dignus est operarius mercede sua.* Dum est avarus, officio suo satisfacere nequit, 258, 1 : *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem.* Pastores semetipsos pascentes reprehenduntur, XII, 739, 2; 740, 1, 2 : *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos : nonne greges a pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, et lanis operiebamini, et quod crassum erat, occidebatis : gregem autem meum non pascebatis.* Quomodo lac et lanam et carnem pecorum suorum depascant, *ibid.*

Octavo. *Pastores mali.* Pastor malus est gregis pernicies, *Job*, 666, 1. Pastoris sævi mores, XIV, 497, 1, 2 et seq. : *Ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, et contritum non sanabit, et id, quod stat, non enutriet, et carnes pinguium comedet, et ungulas eorum dissolvet.* Pastoris boni et mali discrimina, *ibid.* Hunc et illum Deus creat, *ibid.* Pastoris umbra et idolum quid sit, 498, 1, 2. Pastores mali oves deglubunt, XX, 674, 1 : *Hi sunt in epulis suis maculæ, convivantes sine timore, semetipsos pascentes.* Pastorum septem peccata, XI, 664, 2. Pastores tepidi suggillantur, V, 398, 1 : *Multi cibi in novalibus patrum : et aliis congregantur absque judicio.* Pro pastore inepto spondens, omnium animarum ejus culpa pereuntium reus est, VI, 40, 2 et seq. Pastores multi quare dicantur hæretici, XII, 108, 2 : *Pastores multi demoliti sunt vineam meam* (*Vide* CONCIONATOR, EPISCOPUS, PRÆLATUS, SACERDOS).

Nono. *Pastores quibus rebus in Scriptura assimilentur.* Pastores rotis comparantur, XII, 503, 1. Velut vinitores sunt, 317, 2. Sunt milites Dei, XIX, 190, 1, 2. Pastor mysticus et symbolicus fuit Zacharias propheta, XIV, 486, 1. 2 et seq., 491, 2. Pastores septem sunt septem angeli principes synagogæ tutores, 122, 2.

Decimo. *Pastores boni vel mali apud Judæos.* Pastores bonos Judæis plurimos Deus misit, sed hi vel mundo pascendi reliquerunt, vel tædio consumpti, vel ab eis occisi sunt, XIV, 490, 1. Pastores malos quos Judæi habuerint, qui Deo nauseam moverunt, 491, 1. Qui fuerint pastores spurii Judæorum, XVI, 468, 2. Pastores quomodo demoliti sint Judæam, XII, 108, 2.

Undecimo. *Pastor magnus est Christus.* Pastor unus quis, VII, 407, 1 : *Verba sapientium sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno.* Pastor est Christus, XVI, 469, 1, 2. Est pastor bonus, 472, 1 : *Ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.* Est pastor unicus et pastor pastorum, 472, 1, 2. Pastor magnus est Christus, XIX, 523, 1 : *Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis Pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum Christum, aptet vos in omni bono.* Est princeps pastorum, XX, 385, 1, 2 : *Et cum apparuerit Princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.* Pastoris in figura sæpe pingitur Christus, XX, 308, 1, (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. VIII, art. VII).

PASTORIS liber. Libri cui nomen *Pastor*, auctor est Hermas, XVIII, 243, 1. Pastoris liber auctore Herma, an sit Scriptura canonica (*Vide* HERMAS).

PASTORIS titulus. Pastoris titulus qui fuerit locus Romæ, XIX, 317, 1.

PASTOR eques. Pastor eques Romanus dolorem ob mortem filii a Caio Cæsare interfecti dissimulavit, IX, 386, 1, 2.

PASTORITIA ARS. Pastoritia ars quam sit facilis, VI, 357, 2. Est innocens et antiqua, VI, 355, 2; XVI, 63, 2. Pastoritia ars est regni præludium, I, 449, 1. Pastoritiæ vitæ laus, III, 321, 2; 322, 1.

PATER. I. PATER PRO PRIMA SS. TRINITATIS



PERSONA SUMPTUS. Pater æternus quomodo Filium suum generarit, V, 222, 2 : *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio.* Pater æternus generando Filium, eructasse verbum dicitur, *Psalm.* I, 292, 1 : *Eructavit cor meum verbum bonum.* Deus Pater habitat in Filio per circumincessionem divinam, IX, 626, 2 : *Tunc præcepit, et dixit mihi Creator omnium : et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.* Pater Deus omnia dat Filio, et nihil ei negat, XVIII, 149, 2. Tamen seipsum dominio non exuit, 404, 2 : *Cum autem dicat : Omnia subjecta sunt ei; sine dubio, præter eum, qui subjecit ei omnia.* Pater in divinis non est major Filio, XVI, 553, 2. Quomodo per Verbum omnia crearit, XIX, 351, 2 : *Novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula.* Pater æternus est principium ex quo omnia promanant et facta sunt, XVIII, 197, 2 : *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia : ipsi gloria in sæcula. Amen.* Comparatur soli et luci, XIX, 352, 2 : *Qui cum sit splendor gloriæ et figura substantiæ ejus.* Quomodo Pater cœlestis usque modo operetur, XVI, 377, 1 : *Jesus autem respondit illis : Pater meus usquemodo operatur, et ego operor.* Patrem qui negat, negat et Filium, XX, 556, 2; 557, 1 : *Hic est Antichristus qui negat Patrem et Filium; omnis qui negat Filium, nec Patrem habet.* Pater æternus quomodo sit sanctus, XXI, 113, 1. Paravit nuptias æternas Christo et Ecclesiæ, 334, 1 : *Gaudeamus, et exultemus, et demus gloriam ei : quia venerunt nuptiæ Agni, et uxor ejus præparavit se.* Pater a Filio metaphorice tantum in passione oratus fuit, XIX, 395, 2. In Filio resurrectione valde glorificatus fuit, XVIII, 108, 1 : *Quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus.*

Patris nomen quomodo possit esse commune toti SS. Trinitati, XVIII, 625, 1 : *Unus Deus, et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis.* Pater luminum dicitur Deus et SS. Trinitas, XX, 65, 2 : *Omne datum optimum, et omne donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.*

Cur Deus Pater dicatur proprie gratiam dare, XX, 562, 2 : *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut Filii Dei nominemur et simus.* Cur dicatur misericordiarum, et non judiciorum, XVIII, 421, 1 : *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis.* Cur dicatur Pater gloriæ, 595, 1 : *Pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ et revelationis, in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis vestri.* Cur item pater animarum, XIX, 500, 2 : *Nonne multo magis obtemperabimus Patri spirituum, et vivemus?*

Quomodo Christus dicatur pater futuri sæculi, XVIII, 640, 2. Quomodo Christus sit pater noster, 96, 2.

Pater nobis et Christo communis est, XIX, 373, 1 : *Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens : Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Pater noster est Deus quintupliciter, XV, 185, 2. Pater fidelium est Deus, XIV, 555, 2 : *Si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus?* Pater justorum quomodo sit Deus, XII, 298, 2 : *Et erit in loco ubi dicetur eis : Non populus meus vos; dicetur eis : Filii Dei viventis.* Speciali modo est pater pauperum, X, 207, 1, 2 . *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui* (Vide DEUS, TRINITAS).

II. PATER PRO HOMINUM PARENTE ACCEPTUS. — 1° *Vox* Pater *quid significet, et quid sit pater respectu filii.* Vox *Pater* Hebræis multa significat, III, 593, 1. Pater Hebræis auctorem et causam efficientem significat, XVIII, 595, 1. Pater subinde est idem quod *inventor*, XVI, 450, 2 : *Cum loquitur mendacium* (diabolus), *ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater ejus.* Pater apud homines quis proprie dicatur, XIII, 298, 2. Patres vocant religiosi suos rectores, XXI, 78, 2.

Pater et filius sunt tanquam unum corpus et una persona, X, 90, 1 : *Mortuus est pater, et quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se*, XIX, 122, 2. Pater mortuus in filio probo post se relicto, videtur adhuc superstes, X, 89, 1; 207, 2. Pater in filio quasi in viva sua imagine repræsentatur, V, 374, 1. Ejus nomen in filio reviresccit, 475, 2 : *Sit memoria illorum in benedictione, et ossa eorum pullulent de loco suo, et nomen eorum permaneat in æternum, permanens ad filios illorum, sanctorum virorum gloria.* Pater et filius censentur una persona civilis, VI, 342, 1 : *Stude sapientiæ, fili mi, et lætifica cor meum, ut possis exprobranti respondere sermonem.* Pater moriens sine liberis, olim habebatur infaustus, 170, 1.

2° *Patris affectus erga filios.* Patris affectus invincibilis, III, 511, 2 et seq. Patres amant filios suos plus quam se, X, 89, 1; 90, 1. Optant superari a filiis in gloria, III, 548, 2. Pater de filiis probis lætatur, V, 271, 1; VI, 199, 1 . *Exultat gaudio pater justi : qui sapientem genuit, lætabitur in eo.* Patris pro filio suo mori volentis exemplum, X, 89, 1. Pater et mater diversimode amant et educant filios suos, V, 31, 1 : *Audi, fili mi, disciplinam patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ.* Pluris æstimant filiorum sapientiam, indeque majorem lætitiam de eorum sapientia concipiunt quam matres, 465, 1 : *Filius sapiens lætificat patrem, et stultus homo despicit matrem suam.*

3° *Patris auctoritas in filios.* Patres in filios habent jus quasi regium, V, 527, 2 : *Corona senum, filii filiorum, et gloria filiorum, patres eorum.* Idque jure generationis, VI, 198, 1 : *Audi patrem qui genuit te, et ne contemnas cum senuerit*

*mater tua*. Pater jus habet filium vendendi in necessitate, IX, 117, 2. Patri licebat in necessitate filiam vendere ad tempus, idque Hebræo aut proselyto, XI, 595, 2. Hi in anno jubilæi exibant liberi, *ibid*. Eadem lex apud Gentes et Christianos viguit, sed Constantinus imperator eam abrogavit, *ibid*. Patres non habent jus ad filiorum vitam, VI, 27, 2 : *Erudi filium tuum ne desperet; ad interfectionem autem ejus ne ponas animam tuam*. Patres olim dabant nomina filiis, XI, 197, 1. In patris potestate non est filiam servare virginem, aut matrimonia jungere, si ipsa nolit, XVIII, 321, 1 : *Si quis turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, et ita oportet fieri : quod vult faciat, non peccat si nubat*. Apud Hebræos pater convivis cibos et panem frangebat, 345, 2. Pater non liberabit filium ab inferno, XII, 599, 2.

4° *Patris officia erga filios*. Primo. *Debent filios erudire et alere jure naturæ*, VI, 198, 1. Item eos alere in anima et corpore, *ibid*. Invigilent potius filiis bene instituendis quam locupletandis, V, 398, 2. Pater sit centrum filiorum, *Job*, 566, 2, Paterfamilias est velut sol in familia sua, VI, 54, 2 et seq. In gallo repræsentatur, 469, 2. Quæ animalia in quibus debeat imitari, 468, 2. Officium boni patrisfamilias, *Job*, 150, 1. Paterfamilias quomodo familiæ curam in rebus spiritualibus debeat gerere, I, 471, 1. Officium ejus est docere domesticos, II, 205, 1. Quam debeat vigilare pro suis, I, 310, 1, 2 : *Diu noctuque urebar et gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis*. Paterfamilias erat sacerdos in ordine ad immolationem agni paschalis, IV, 185, 2.

Secundo. *Pater castigare debet filios, et quomodo*. Pater filium peccantem non castigans, eum odit, V, 399, 1 : *Qui parcit virgæ, odit animam suam; qui autem diligit illum, instanter erudit*. Filios castigando, præstant iis beneficium, VI, 333, 1 : *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis*. Patres in filiorum dissolutione magis irascuntur quam dolent, V, 552, 2 : *Ira patris filius stultus, et dolor matris quæ genuit illum*. Pater non debet omnia in rigore et exacte observari curare, sed in nonnullis connivere, V, 341, 2. Patres filiis insolenter imperare non debent, XV, 490, 1. Pater non imperet ut leo, IX, 170, 2 : *Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos et opprimens subjectos tibi*. Misceat gravitatem lenitati, X, 93, 1 : *Lacta filium, et paventem te faciet; lude cum eo, et contristabit te*. Pater crudelis sæviens in filios eos a se effugat, V, 341, 2 : *Qui conturbat domum suam, possidebit ventos : et qui stultus est, serviet sapienti*. Pater non ostendat vultum hilarem filiabus, IX, 244, 1 et seq. : *Filiæ tibi sunt : serva corpus illarum, et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas*.

Tertio. *Patris officia quoad filiorum et filiarum matrimonium*. Filio minorenni non despondeant uxorem, VI, 40, 2. Filiam, si possit, nuptui tradat, X, 368, 1, 2 : *Filia patris abscondita est vigilia, et sollicitudo ejus aufert somnum, ne forte in adolescentia sua adulta efficiatur, et cum viro commorata odibilis fiat*. Ei probrum est hujus fornicatio, 369, 1 : *Ne quando polluatur in virginitate sua, et in paternis suis gravida inveniatur. Ne forte cum viro commorata transgrediatur, aut certe sterilis efficiatur. Super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis, a detractione in civitate, et abjectione plebis, et confundat te in multitudine populi*.

Quarto. *Patris officia quoad bonorum suorum distributionem*. Pater non det filiis facultates ante mortem, X, 180, 1; 181, 1, 2 : *Filio et mulieri, fratri et amico, non des potestatem super te in vita tua : et non dederis alio possessionem tuam, ne forte pœniteat te, et depreceris pro illis*.

Quinto. *Quid facere debeant morituri*. Patres morituri Deo filios suos commendent, XVI, 590, 1. Deum iis relinquat curatorem, VI, 53, 2.

5° *Patres in suis filiis infelices*. In suis filiis infelices sunt qui ipsi in suos patres duri extitere, VI, 38, 2 : *Qui affligit patrem et fugat matrem, ignominiosus est et infelix*. Patres boni etiam malos filios gignunt, X, 436, 1 : *Et sunt quorum non est memoria; perierunt, quasi non fuerint, et nati sunt, quasi non nati; et filii ipsorum cum ipsis*. Filii patribus degeneres, III, 619, 1, 2. Patris spes in filiis vana, sæpe enim heroum filii a parentibus degenerant, III, 168, 1, 2; 222, 2.

PATRES antiqui Testamenti. Patres antiqui Testamenti cur in Chanaan sepeliri voluerint, XIX, 482, 2. Sunt fide probati, 471, 2 et seq. Ad Messiam ardentissime anhelarunt, XVI, 74, 2; 454, 2. Ad patriam cœlestem sæpe aspirabant, 478, 2. Primariam repromissionem æternæ beatitudinis non sunt adepti, 487, 1. Patres in tenebris limbi agebant, XVI, 50, 1, 2. Patres in limbo anagogice vocari possunt vincti spei, XIV, 462, 1. Eos e limbo quomodo Christus eduxerit, 461, 1, 2. Patres non erant invocandi, cur, X, 736, 1.

PATRES (SS.). 1° SS. Patres pauperes spiritu fuere, XV, 141, 2 et seq. Patres quam frugales essent, X, 79, 1, 2. Nonnisi aquam biberunt, 80, 1. Multa suis laboribus et studio et reliquere posteris, V, 398, 1.

2° SS. Patres citant sacram Scripturam per citationem non capitum, sed historiarum vel materiarum, XII, 253, 1. Quem Græci Patres singuli stylum habeant, V, 447, 2. Item Latini, *ibid*. SS. Patres dicentes Filium in Veteri Testamento apparuisse explicantur, III, 6, 2 et seq. Cur semper Eucharistiam, mysterium arcanum vocent, XIX, 217, 1. Quomodo juramentum illicitum esse censeant, XV, 169, 1, 2. Quomodo negent sexuum diversitatem in cœlo, XVIII, 632, 1.



PATERNIANI. Paternianorum hæresis de factura corporis humani, XX, 54, 2.

PATERNIANUS (S.). S. Paternianus pater urbis et orbis, VII, 498, 2.

PATERNITAS. Paternitas omnis a Deo descendit, IX, 115, 1 : *Deus enim honoravit patrem in filiis*; 117, 2 : *Qui timet Dominum, honorat parentes, et quasi dominis serviet his qui se genuerunt*; XVIII, 615, 1 : *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur*.

PATHAR. *Pathar* hebraice, chaldaice, etc., quid significet. IV, 502, 1, 2.

PATHICUS. Pathica libido quæ sit, XVIII, 53, 1; XIX, 104, 1, 2 (*Vide* LIBIDO).

PATIBULUM. Patibula fornicata quæ sint, VI, 82, 2.

PATIENS, PATIENTIA. I. PATIENTIA DEI.—Patientia Dei erga peccatores, XX, 339, 2. *In quo et his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit : qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe*. Patientia Dei alii salvantur, alii damnantur, *Job*, 509, 1 : *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, et ille abutitur in superbiam; oculi autem ejus sunt in viis illius*. Impii Dei patientia abutuntur, 507, 2 (*Vide* IMPIUS). Patientia Dei non abutendum, 499, 1 : *De civitatibus fecerunt viros gemere, et anima vulneratorum clamavit, et Deus inultum abire non patitur*. Patientia Dei abuti malum est, VII, 296, 2 : *Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala* (*Vide* DEUS).

II. PATIENTIA IN HOMINE.—1° *Patientiæ natura, gradus, excellentia et symbola*. Primo. *Patientiæ natura*. Patientia est animæ possessio, XVI, 258, 1 : *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Est actus non elicitus, sed imperatus in charitate, XVIII, 380, 2 : *Charitas patiens est, benigna est*. Patiens et impatiens quomodo invicem differant quoad iram, V, 434, 2 : *Qui patiens est, multa gubernatur prudentia; qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam*, 450, 1. Patiens scopus est et signum in quem sua tela inimici conjiciunt, XIX, 125, 1 : *Nemo moveatur in tribulationibus istis : ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus*. In omnem comparatus est fortunam, XIX, 501, 2. Patientia ad adversa vitæ hujus se comparat et munit, VI, 13, 1 : *Doctrina viri per patientiam noscitur, et gloria ejus est iniqua prætergredi*. Ea æquanimiter tolerat ut animæ pacem assequatur, *ibid*. Suffert patienter omnia ardua et adversa, XX, 27, 2. Patientia in conviciis, III, 260, 1. In adversis, 284, 1 : *Respondit* (Heli) : *Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat*. Patientia in mortificatione, 411, 2. Patientia in propriis detrimentis liberalis, *Job*, 791, 2. Patientiæ actus et effigies, XIX, 466, 1. Patientiæ imago ad vivum depicta, I, 448, 1. Patientia pro *perseverentia* sumitur interdum, XIX, 405, 1 : *Non segnes efficiamini; verum imitatores eorum, qui fide et patientia hæreditabunt promissiones*.

2° Secundo. *Patientiæ gradus*. Patientiæ tres gradus : *primus*, est patienter adversa pati; *secundus*, libenter; *tertius*, gaudenter quælibet dura sufferre, VI, 13, 2; IX, 590, 2, XVII, 22, 1; XX, 14, 1 : *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis*. Sex patientiæ erga inimicum gradus ex S. Augustino : *primus*, est nolle lædere aliquem; *secundus*, si læsus sit, velle tantum lædere quantum læsus est, non amplius; *tertius*, minus velle lædere, quam læsus sit; *quartus*, nolle lædere, licet læsus sit; *quintus*, si læsus sit, paratum se exhibere ut amplius non lædatur; *sextus*, et perfectissimus est, si læsus lædenti beneficiat et subveniat, XVIII, 215, 2. Quænam sit patientia imperfecta et perfecta, XX, 25, 1 : *Patientia autem opus perfectum habet*. Patientia plena quæ sit, XXI, 68, 1 : *Non invenio opera tua plena coram Deo meo*. Quando succumbat et deficiat, XX, 30, 1 : *Ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes*. Patientiæ actus heroicus est in adversis Deo gratias agere, IV, 274, 2 : *Immobilis* (Tobias) *in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ*.

Tertia. *Patientia christiana quam excellens et eminens sit*, XX, 142. Patientia cæteris virtutibus præstat, *Job*, 39, 2. Patientia potior est virtus quam fortitudo, et quomodo, V, 514, 2 et seq. : *Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium*. Animam adversus dolores mortis et timorem firmans, est pars fortitudinis integralis, eaque præcipua, 515, 1. Patientia melior est quam de adversario vindicta, XV, 171, 1 : *Ego autem dico vobis, non resistere malo : sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi et alteram*. Melior est quam liberatio de calamitate temporali, *Psalm*. I, 206, 2 et seqq. Patientia videtur complexio omnium virtutum, XVI, 258, 2. Efficit omnium virtutum consummationem, XX, 25, 2. Nulla sine ea est virtus, *ibid*. et seqq. Perficit studium vitæ humanæ, 26, 1. Est virtutum calx, 27, 1. Est perfectio obedientiæ, 301, 1 : *Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis*. Quomodo patientia opus perfectum habeat, 25, 2 : *Patientia autem opus perfectum habet*. Sex opera perfecta producit, 27, 2. Patientia est sapientiæ pars, VI, 231, 1. Ipsa vera sapientia, XX, 30, 1, 2; 31, 1 : *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo*. Patiens est sapiens, 31, 1. Ex ea noscitur prudentia, VI, 12, 1, 2 : *Doctrina viri per patientiam noscitur : et gloria ejus est iniqua prætergredi*. Patientia est sublimis philosophia, XVIII, 457, 2 : *In omnibus exhibeamus nos, sicut Dei ministros, in multa patientia*. Est virtus regia, 622, 2 : *Digne ambuletis vocatione*

*qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate.* Patiens inseritur cruci Christi, XX, 364, 2 : *Sed communicantes Christi passionibus, gaudete.* In illo patitur Christus, *ibid.* Fit unum cum Christo. *ibid.* In eo patitur Spiritus sanctus, 366, 1 : *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ et virtutis Dei, et qui est ejus spiritus, super vos requiescit.*

Quarto. *Patientiæ symbola.* Patientiæ symbolum est pellis, II, 44, 1. Per ovem denotatur, VI, 672, 2. Nuce figuratur, VIII, 156, 1. Patiens in adversis comparatur arbori in hieme emortuo, sed in vere reviviscenti, IX, 82, 1. Patientia per aspalathum repræsentatur, 643, 1. Ferro denotatur, X, 317, 1. Patiens perdurans incudi assimilatur, XX, 48, 1. Palmæ comparatur, 49, 1. Item citharæ, 28, 1.

2° *Patientiæ causa, in qua schola discatur.* Tribulatio est mater patientiæ, III, 258, 2 ; XVIII, 92, 1 : *Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur.* Eam docet tentatio, XX, 23, 1. Patientia acuitur persecutionibus, III, 383, 2 ; 401, 1, 2. Ea exercetur molestia aliorum, V, 435, 1. Patientiam probat tentatio et tribulatio, IV, 305, 2 : *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.*

3° *Patientiæ necessitas.* Patientia quam sit Christiano necessaria, XIX, 302, 2. Patientia est Christianorum studium, XX, 304, 1 : *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* Patientia in adversis habenda, XXI, 280, 2 : *Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, et fidem Jesu.* Est in persecutione necessaria, IX, 107, 2 : *Væ his qui perdiderunt sustinentiam, et qui dereliquerunt vias rectas, et diverterunt in vias pravas!* Est in morbis habenda, I, 277, 1, 2. Eam qui amittit, amittit confidentiam, XIX, 465, 2 : *Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.* Sine ea nihil in homine perfectum, XX, 28, 2. Ea necessaria est ut pacem habeas, et cum aliis serves, XVIII, 568, 2 : *Fructus autem Spiritus est : charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas,* etc. Patientia fructus boni operis est expectandus, XVI, 133, 1, 2 : *Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent, et fructum afferunt in patientia.* Quam patientiam habere debeamus, VII, 262, 1 : *In die bona fruere bonis, et malum diem præcave, sicut enim hanc, sic et illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra eum justas querimonias.*

Patientia est propria sacerdotum virtus, II, 54, 1: *Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem ejus.* Patientia omnigena tessera est viri apostolici, VII, 22, 1. Patientes quam esse debent prælati et principes, XIV, 489, 2.

4° *Patientiæ fructus et bona.* Primo. *Patientiæ fructus generaliter sumpti,* XIX 501, 2 : *Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ,* XX, 26, 2. Patientia in malis omnium bonorum causa, *Psalm.* II, 113, 1 : *Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.* Semper et ubique utilis est, XX, 28, 1.

Secundo. *Patientia signum est veræ sanctitatis,* X, 47, 1, 2. Propria sanctorum virtus est, XIII, 497, 2. Similes facit Deo, X, 51, 1. Christo nos similes facit, XX, 28, 2. Spiritum sanctum exhilarat, X, 108, 2. Patientia est cos virtutis, 52, 2. Est lapis Lydius quo probatur vera justitia et sanctitas, VIII, 322, 1 : *Contumelia et tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus, et probemus patientiam ejus.* Dupliciter operatur probationem, XVIII, 92, 2 : *Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem; spes autem non confundit.* Patientia creat martyres, XX, 28, 1. Per patientiam et adversa disponit Deus sanctos ad martyria, XIX, 501, 1. Patientia martyrum eos perpolit et adaptat, XII, 524, 1 : *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, et frontem tuam duriorem frontibus eorum. Ut adamantem et ut silicem dedi faciem tuam.*

Tertio. *Qui patiens est, potens est et omnia vincit.* Qui patiens est, potens est, I, 744, 1. Patientia est potentia, IX, 110, 2; XIV, 160, 2 : *Dominus patiens et magnus fortitudine.* Variam refert victoriam, VI, 74, 1, 2 : *Ne dicas : Reddam malum; expecta Dominum, et liberabit te.* Omnium est victrix, XV, 172, 2. Patientia optime inimicum vincit, XVIII, 217, 1 : *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.* Patientia vincit iram et hostem malum inferentem, XV, 171, 2. Patienti nullus nocere potest, XX, 328, 2 : *Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis.* Patientes nemo lædit, sed coronat, XIX, 497, 1. Patientia vincit dæmones, V, 517, 1. Fatum quasi expugnat, XX, 28, 2. Patientia optime tentationes vincit, IX, 94, 1. Est sepes animæ, X, 243, 2. Thorax est impenetrabilis, omnes hominum ictus excipiens, XXI, 257, 2. Spe roboratur, XIX, 116, 1: *Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis..... memores operis fidei vestræ, et laboris, et charitatis, et sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi ante Deum et Patrem nostrum.* Patiens dominatur animo suo, X, 564, 1 : *Animam meam direxi ad illam, et in agnitione inveni eam; possedi cum ipsa cor ab initio : propterea non derelinquar.* Est suorum affectuum dominus, XX, 26, 3. In patiente certat et vincit Deus, 397, 2 : *Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit vos in æternam suam gloriam,*



*in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.*

Quarto. *Patientia varias virtutes parit.* Patientiæ *primus* fructus est reconciliatio cum proximo, I, 447, 2. *Secundus,* dilectio, sive charitas, 448, 1. *Tertius,* quod suggerat pietatis exercitia, *ibid. Quartus,* quod reliquas virtutes parat, *ibid.*, 2. Patientia quia injurias factas non recolit, iras sedat et mitigat, V, 463, 1. *Vir iracundus provocat rixas; qui patiens est, mitigat suscitatas.*

Patientia in adversis est mater castitatis, I, 543, 2. Efficacissimum est remedium contra carnis vitium et reliqua omnia, V, 437, 2.

Patientia medium est ad acquirendam perfectionem, XX, 26, 2. Supplet virtutum et rerum omnium defectus, 27, 1.

Quarto. *Patientia hominem beatum facit et divinam illi consolationem obtinet.* Patientia hominem beatum et tranquillum facit, XX, 28, 2. Patiens sibi est medicus et medicina, VI, 30, 2. Patientes a Deo respiciuntur, X, 200, 2 : *Timentis Dominum beata est anima ejus. Ad quem respicit et quis est fortitudo ejus?* Per patientiam Deus est cum justis in tribulatione, *Psalm.* I, 207, 1 : *Juxta est Dominus iis qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu salvabit.* Patienti Deus adest suis consolationibus, XX, 329, 2 : *Sed et si quid patimini propter justitiam, beati.* Patientes facile experiuntur Dei auxilium, *Psalm.* I, 203, 1, 2 : *Exquisivi Dominum et exaudivit me, et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.* Patientia Deum habet debitorem, XX, 27, 2. Patientia justorum recreat Deum, *Job,* 237, 2.

Quinto. *Patientiæ merces et præmium;* IV, 275, 2 : *Filii sanctorum sumus, et vitam illam expectamus quam Deus daturus est qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Patiens est prædestinatus ad gloriam, XVIII, 145, 2 : *Nam quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Ejus temporaneus et serotinus fructus quis, XX, 206, 1 : *Patientes igitur estote, fratres, usque ad adventum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum.* Patientia coronam parit patienti, XIV, 436, 2. Patientem Christus coronat, XX, 49, 2 : *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repromisit Deus diligentibus se.*

5° *Patientiæ documenta et exempla.* Ad eam tria incitamenta, XVIII, 146, 2. Duodecim argumenta ad eam incitantia, 136, 2 et seqq. De patientia in adversis varia documenta, I, 446, 2 et seq. Ejus præcepta et dictamina varia, XX, 32, 2. Alia ejus elogia, 49, 1. Patientium gnomæ, 29, 1. Adhortatio ad patientiam, XX, 205, 2 et seq. A solo Deo est petenda, XX, 33, 1.

Patientiæ speculum Christus est, XVI, 568, 2. Invicta Christi patientia, XV, 589, 2. Maxime in passione, XI, 632, 1, 2. In flagellatione, XV, 608, 1. Et in aliis ludibriis, 612, 1.

Patientiæ sanctorum in adversis varia et illustria exempla, I, 577, 1 ; III, 284, 2 ; XIX, 283, 1 ; XX, 29, 1. Patientia et pietas Resphæ, III, 522, 1. Patientiæ exempla duo sunt Tobias et Job, IV, 274, 1.

PATHMOS. Pathmos insula est una e Sporadibus : in illam relegatus Joannes omnes insulanos Christo asseruit, XXI, 26, 1, 2.

PATRIA. 1° Patria cur in nonnullis Prophetis recenseatur, XIII, 221, 1. Pro patria se devoventium Gentilium exempla, I, 731, 2. Extra patriam in captivitate mori, loco infelicitatis solet haberi, XIII, 642, 1. Patria viro fideli non curanda, sed ei orbis est, XVI, 105, 1. Extra patriam homines optimi sunt quærendi, *ibid. Patriæ gentium* græca lectio, et cur, *Psalm.* II, 151, 2.

2° Patria cœlestis, regnum, civitas, domus dicitur, *Psalm.* II, 343, 2. Patria sanctorum est cœlum, XVII, 172, 2.

PATRIARCHÆ. 1° *Patriarcha* vox unde derivetur, et quis sit, XVIII, 615, 2. Qui hoc nomine dici queant, XIX, 412, 1. Cur ita dicantur Abraham, et Isaac et Jacob, *ibid.* Patriarchæ fuere parentes Judæorum, tam generatione quam exemplo virtutum, X, 426, 2. Vocari possunt radix Israel, XIII, 103, 2 et seq. Quomodo vocentur Christi Domini, XIV, 260, 2.

2° Patriarchæ primi fuere agricolæ, IX, 233, 1. Fuere pastores ovium et armentorum, VI, 355, 2 et seq : XVI, 472, 2. Sua pietate et sanctitate fuere Deo gratissimi, XIV, 141, 2. Olim vino abstinuere, VI, 210, 1. Probi fuere inter improbos, *Job,* 4, 1. Patriarchis sanctis promisit Deus posterorum conversionem, XVIII, 196, 1, 2.

3° Omnes Messiæ adventum ardenter desiderarunt, XVI, 454, 2. Non cognovere Filium Dei, nisi ex peculiari revelatione, XVI, 304, 2. Patriarchæ maxime prophetarunt morti vicini, XIII, 227, 1. In morte mira vaticinati sunt, XIX, 482, 2. Hinc et prophetæ fuerunt, XIII, 220, 1. An Patriarchæ omnes sepulti in Hebron, an in Sichem, XVII, 173, 2; 175, 1. Patriarchæ orabant pro suis in limbo existentes, XII, 438, 2.

4° Patriarchæ duodecim filii Jacob duodecim Apostolos significant, I, 295, 2 et seq.; XXI, 382, 2; 397, 1.

PATRIARCHÆ ECCLESIASTICI. Patriarchis christianis quinque olim lampas præferebatur V, 172, 1; XIV, 408, 2.

PATRIARCHALIS. Patriarchalium sedium origo et ordo, XVII, 247, 2. Patriarchales sedes quatuor an notentur in quatuor faciebus Cherubini, XII, 508, 1, 2. An per quatuor animalia Joannis designentur, XXI, 107, 1.

PATRIUS. Patrium Deum quem vocet Paulus, XVII, 405, 5. Patria voce loqui quomodo intelligendum, IV, 581, 1.

PATRICIDIUM, *vide* Interfector, Parricida.

PATRIMONIUM. Patrimonia ampla dum cedunt filiis imprudentibus, sæpe evertuntur et pereunt, V, 397, 2.

PATROCINIUM. Patrocinium Dei implorandum, *Iob*, 372, 1. Patrocinia sanctorum valida, 789, 1 (*Vide* Deus, Sancti).

PATRONATUS. Patronatus jus habentes, etiam laici, licite dignum Episcopo ad beneficium præsentant, XVII, 164, 1. Patronatus jus non usurpent laici id non habentes, X, 644, 1.

PATRONUS. 1° Patronus in quo ab advocato differat, XX, 533, 1.

2° Patronus orantium pro hostibus est S. Stephanus, XVII, 187, 1. Patroni nautarum christianorum qui, 438, 2.

PATRUELIS. Patruelis est Christus, XI, 151, 1, 2.

PAUCILOQUENTIA, PAUCILOQUUS. Pauciloquentia commendatur, V, 288, 2; IX, 170, 1. Pauciloquus plerumque habetur sapiens, V, 289, 1. Quomodo animam custodiat, 375, 2. De pauciloquis gnomæ, XX, 75, 1 et seqq. (*Vide* Loquacitas, Loqui, Multiloquium, Silentium).

PAUCITAS. Paucitas commendatur in communitate, nocet nimia multitudo, XI, 228, 1, 2. Paucitas salvandorum, XI, 307, 1; XVI, 190, 1, 2. Paucitas salvandorum per varios typos ostenditur (*Vide* Electi).

PAUCUS. 1° Pauci si generosi, multa possunt, III, 345, 1. Pauci æque docendi ac multi, XVII, 313, 2.

2° Pauci assumpti ad fidem Christi, XI, 247, 2; 248, 1. Pauci ad Christum ab Apostolis virisque apostolicis conversi sunt, respectu non conversorum, XIII, 644, 2 et seq. Pauci e Judæis Christum receperunt, XVI, 305, 1.

3° Paucis multa complecti, magni viri et profundi ingenii, IV, 507, 1. Pauca bene agenda, IX, 341, 1, 2.

PAULA (S.). 1° S. Paula Romana ornamenta sua mundana templis obtulit, I, 755, 1. Ejus devotio erga Bethleem, 331, 1. Bethleem Romæ prætulit, XIV, 113, 2. Feminarum tria condidit monasteria, et unum virorum, *ibid.*

2° S. Paulæ pœnitentia, XV, 131, 1, 2. Ejus compunctio, 145, 2 et seq. Quomodo vitæ prioris delicias, jejuniis, lacrymis aliisque pœnis castigarit et planxerit, XIII, 487, 1. Quanta pœnitentia parva delicta expiarit, XVIII, 467, 2. Luxum levem, vestium austeritate punivit, XIX, 205, 1. Ejus in Bethleem paupertas, XVII, 27, 1; 135, 2. Ejus constantia in rei familiaris dispendio, XII, 681, 1. In pauperes fuit effusa, VI, 507, 1, 2. Ita in pauperes fuit profusa, ut aliena veste et sumptu sepeliri debuerit, XVIII, 472, 1. Quod ejus theatrum fuerit, 282, 2. Quando balnea adiret, XIII, 182, 1.

3° S. Paula continua fuit martyr, XIII, 443, 1 Morbos corporis valido spiritu sustentabat, V, 54, 1. Ejus in injuriis patientia, XV, 172, 2. Scripturæ verbis se in tentatione animabat, VI, 431, 1; IX, 94, 2; 95, 1. Ei Scriptura fuit clypeus adversus omnes tentationes, XIX, 306, 1. E sacra Scriptura in omnibus adversis sententias proferebat, XV, 8, 2.

4° Mortua est Bethleem, ejus mors, epitaphium et elogium, I, 663, 1; XIV, 144, 1. Ejus sepultura et exequiæ, XI, 267, 1, 2. S. Paula Romana portentum fuit, XXI, 221, 1.

PAULINUS (S.) Nolanus. 1° S. Paulinus Nolanus quod omnibus abdicatis pauperem vitam cum conjuge viveret, maniacus habetur, XV, 289, 1. Ejus paupertas, II, 289, 1; XV, 196, 2; XVII, 135, 2. Ejus sufficientia, XIX, 256, 1. Ejus vox divina de divitiis, XI, 157, 2.

2° S. Paulini humilitas, ex humilitate in sacram Scripturam commentari noluit, sed aliis minus sublimibus operibus calamum admovit, XIII, 217, 1. Cur se depingi nollet, XX, 82, 2. Optabat æditum esse templi S. Felicis, XVII, 360, 1.

3° S. Paulini charitas in liberandis captivis, XII, 265, 1. Filii viduæ redimendi causa se in servum Wandalis vendi passus est, I, 433, 1; X, 208, 2; XV, 5, 2; 453, 2; XVI, 262, 2; XVII, 24, 2; XVIII, 472, 2; XX, 38, 1, 577, 2.

S. Paulinus quam in pauperes fuerit effusus, XIII, 626, 1. Ei quam miraculose frumentum a Domino multiplicatum, *ibid.*

5° S. Paulino expirante tremuit cubiculum et terra concussa est, XV, 647, 1.

PAULUS (S.) APOSTOLUS. I. S. Pauli apostoli nomen, genus, indoles, institutio, et pro judaismo zelus. — 1° Paulus unde dictus sit Saulus, XX, 12, 1. Unde dictus sit Paulus, XVII, 278, 2; 279, 2; XVIII, 37, 2. *Pauli* nomen an græcum, hebræum, an hebræo-græcum, XVIII, 37, 1. Quid latine id sonet, *ibid.* Hujus etymologia, XVIII, 37, 2.

2° Fuit oriundus ex tribu Benjamin, I, 412, 1. Pluribus ostenditur ejus et Benjamin analogia, I, 373, 1; 412, 1; XVII, 208, 2. Tarsi in Cilicia est natus, XVIII, 1, 1. Et nobili prosapia ortus, XVIII, 1, 1; XIX, 42, 1. Erat ibi senatorii ordinis, XIX, 314, 1. Quomodo se Hebræum vocet, XVIII, 496, 1; XIX, 42, 1, 2.

3° Quomodo a primogenitoribus servierit Deo, cum fuerit persecutor, XIX, 272, 1. Græcorum est disciplinis excultus, *ibid.* Scientia ipsius naturalis et Græcanica, XVIII, 3, 1. Platoni comparatur, *ibid.* Fuit secta Pharisæus, XVII, 396; 1, XIX, 42, 2; 272, 1. Hierosolymam juvenis abiit ut Gentilium scientia imbutus, sacris disciplinis erudiretur, XVIII, 1, 2. Potuit Christum concionantem audivisse, XVII, 419, 1. Fuit prophetarum studiosus, XI, 42, 2. Fœcundo et uberi erat ingenio, XVIII, 521, 2; XIX, 322, 1. Quomodo sine lege aliquando viveret, XVIII, 121, 1.

4° Nomine et corpore parvus fuit, XIV, 405, 2.



Corpore pusillus fuit, sed spiritu et sapientia gigas et celsus, XIII, 218, 1; XVIII, 37, 2; 484, 2. An fuerit podagricus, et perpetuos dolores capitis habuerit, XVIII, 503, 1, 2. An fuerit abstemius, XIII, 229, 2. Scenofactoriam artem exercuit, XIX, 169, 2.

5° Ejus zelus pro lege et judaismo, XVII, 167, 1; XVIII, 1, 2; 521, 2; 522, 1; XIX, 42, 1, 2. Fuit ante conversionem Ecclesiæ persecutor, XVIII, 521, 2. Ducem se præbet Judæis ad extirpandos Christianos, putans se obsequium præstare Deo, XIX, 42, 1, 2. Ejus conscientia bona fuit dum persequeretur Christianos, XVII, 393, 1. Ejus feritas in Christianos, 194, 1; 208, 1, 2; 216, 1. Lapidavit Stephanum per alios, XVII, 184, 2. Quomodo tunc adolescens fuisse dicatur, *ibid.* Quomodo sententiam se detulisse dicat, cum occiderentur fideles, XVII, 419, 2 et seqq.

II. S. Pauli prædestinatio, vocatio, conversio et gratia. — S. Paulus est ab æterno ad apostolatum prædestinatus, XVII, 15, 2 Quomodo segregatus ex utero matris, XVIII, 522, 1. Segregatus a Deo ad prædicandum gentibus, XVII, 275, 2. Ejus vocatio duplex, 16, 1. Cur a Deo conversus sit, 208, 2. Quomodo Christus illum persequeretur, XIX, 187, 1. Ejus peccatum ignorantia non excusabat, sed minuebat, 186, 2. Quantum id fuerit, *ibid.* Peccans ex ignorantia minus indignus fuit venia, minusque impedivit Dei vocationem, quam si peccasset malitia, XIX, 184, 1. Dei in ipsum longanimitas, 186, 2. In illo mystice impletum est vaticinium Jacobi de Benjamin, XVIII, 2, 1. Quomodo fuerit lupus, XI, 214, 2. Rhinoceroti confertur, XIX, 188, 1. In judaismo erat plane separatus a Christo, XVIII, 156, 2. Vocatus est a Christo jam glorioso in cœlis, 2, 1. Orante pro illo S. Stephano, fuit conversus, XIX, 196, 1. Quo anno Christi et quoto ætatis anno conversus sit, XVII, 220, 1, 2; 221, 1; XVIII, 12, 2; 504, 2. Ejus conversionis modus enarratur, XVII, 209, 1, 2 et seqq. Eques an pedes iverit Damascum, 210, 1. Vidit Christum in aere vicino, 212, 1. Tunc Christus ei corporaliter apparuit, XVIII, 400, 2. Quomodo ab eo fuerit comprehensus, XIX, 46, 2. A gratia Dei quasi a remora detentus est, XVIII, 2, 1, 2. Ejus cum eo duellum, 2, 1. In conversione fuit contritus, itaque justificatus, tamen libere conversus, XVII, 212, 2. Ejus conversio vera fuit, XVI, 130, 1. Ejus gratia diversimode fuit efficacissima, 213, 1, 2. Suam ipse vocationem et conversionem ipse describit et miratur, et deprædicat, XIV, 152, 2; XVI, 16, 1; XVIII, 2, 2. Peccasset nisi prædicasset, XVII, 17, 1. Non ita in gratia confirmatus fuit, quin ab ea excidere potuisset, XVIII, 335, 2. Quomodo gratia Dei in illo vacua non fuerit, 400, 2 et seq. Sed ei est cooperatus, 401, 1. Qualem gratiam a Deo acceperit, et quomodo ei cooperatus, 2, 2. Vocationi plene obedivit, XVII, 16, 1.

Quomodo viderit Ananiam ad se venientem, XVII, 217, 1. Fuit vas electionis, quomodo, *ibid.* et seqq. Est major cœlo, 217, 1. Christi nomen quotupliciter portarit, *ibid.*, 2. Quomodo ei Deus ostenderit quæ pro eo passurus esset, 218, 1. Plura passus est quam egerit, 218, 2. Peculiariter in eo multa facta sunt quoad ritus christianismi quæ in aliis facta non sunt, 219, 1. Ejus cæcitatem discussit Ananias in nomine Jesu, 219, 2. In baptismo repletus est Spiritu sancto, 220, 1.

III. S. Paulus a quo, quando et quomodo edoctus sit mysteria fidei; revelationes ei factæ; ejus raptus in cœlum. — Quomodo edoctus sit a Deo mysteria fidei, XVII, 215, 1. Didicit Evangelium non ab homine, sed Dei revelatione, XVIII, 3, 1, 2; 524, 2. Sapientiam et gloriam Dei scivit revelatione divina, 263, 1. Multas habuit revelationes, 13, 2; 502, 1. Revelationem de sua salute non habuit, proinde de ea incertus fuit, XVIII, 335, 2; 424, 2; XIX, 45, 2; 311, 1.

Quando ejus raptus contigerit, XVII, 3, 1; 388, 1, 2; XVIII, 499, 1. Non fuit tunc ejus anima a corpore separata, *ibid.*, 2. Vere cum corpore et anima raptus fuit, 501, 1. An vere nesciret raptus sui modum, *ibid.* Semel tantum est raptus, *ibid.* et 2. In raptu divinam essentiam non vidit, XIII, 245, 2; XVIII, 501, 2. Quæ ibi audierit arcana, XVIII, 3, 2; 502, 1, 2.

IV. Vitæ S. Pauli a conversione et apostolatus ejus series et ordo. — 1° *S. Pauli missio et apostolica potestas.* Paulus est apostolus vocatione et munere, non tantum nomine, XVIII, 38, 2. An electus ad apostolatum quia fidelis, XIX, 183, 1. Vocatus est ad docendas gentes et fundandas Ecclesias, XVIII, 39, 1. Cur dicatur ascensor cameli, XXI, 331, 1. Apostoli titulo non minus gaudet quam duodecim illi a Christo vocati, *ibid.* Vocatus est a Deo, non ab hominibus missus, nec intrusus, *ibid.*, 516, 2. Ejus triplex gratia ad evangelizandum, 612, 2. Quando ordinatus sit episcopus, XVII, 276, 1. A quo, et quo anno, 276, 2.

Commissa fuit Paulo Evangelii dispensatio, XVIII, 331, 1. Quomodo se apostolum probet, XVIII, 328, 1; 507, 2; XIX, 277, 2. Quomodo se a pseudoapostolis distinguat, XVIII, 282, 1; 328, 2; 457, 2; 485, 1, 2. Quomodo ei apostolatum Deus demandarit, XIX, 176, 1, 2. Cur Evangelium cum Petro et aliis apostolis contulerit, XVIII, 523, 1; 526, 2. Modeste cæteros apostolos deprimit, ut suam auctoritatem erigat, 527, 2. Schismatis Corinthii auctores arguit, 279, 2. Corinthium incestuosum excommunicavit, 286, 1. Petrum judaizantem arguit et in viam revocavit, 4, 1. An vere eum reprehenderit, 529, 1. Ordinat quomodo collationes spirituales in Ecclesia fieri debeant, 388, 1. Cur Timotheum circumciderit, non Titum, 527, 1. Alimoniam accepit a nonnullis dum evangelizat, 331, 2. Quam difficile ei fuerit cedere jure sustentationis apud Corinthios, et